



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Quomodo omnia factia à Deo dicantur valde bona. H

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

que nunc operatur, ut quod cōdidi, continere & gubernare non cesseret.

Qualiter accipiendum sit quod dicitur Deus complesse opus septimo die cum tunc requieuit ab omni opere suo.

Sed quæritur, quomodo septimo die dicatur Deus complesse opus suū, cum ab omni opere illo die requieuerit, nec aliquod genu s nouū rerum fecerit? Alia translatio habet: Consummauit Deus die sexto opera sua: que nihil quæstionis affert, qā manifesta sunt, qā in eo facta sunt, & omnium consummatio eo die perfecta est: sicut scripture ostē-

Genes. i. c.

Aug. in En- chyr. ca. 10.

Tom. 3.

Ibid. c. p. ii.

Hieron. lib.

quest. in ge- nes. ad illud

Gen. i. & cō-

summauit

Deus. com. 3.

Genes. 2. a

2. Reg. 8. c

Exod. 20. b.

dit cum ait: Vedit Deus cuncta qā fecerat, & erant valde bona. Omnia quidē naturaliter bona erāt, nihilqā in sui natura vitii habentia: & sunt bona qā condidit Deus etiā singula. Similiter vero vniuersitas valde bona, quia ex omnibus consistit vniuersitas admirabili pulchritudo in qua etiam illud qā malum dicitur, bene ordinatum, & loco suo possum, eminentius cōmendat bona: ut magis placeat, & laudabiliora sint, dum cōparantur mali. Sexto ergo die facta est operum consummatio. Ideo premissa oritur questio, quomodo dicatur Deus die septimo opus suum cōplesse, quod Hebraica veritas habet: in quo tamen nihil nouum creasse dicitur, nisi forte dicatur dē septimo compleuisse opus suum, quia ipsum benedixit & sanctificauit: sicut subiicit scripture. Benedixit dē septimo, & sanctificauit illum. Opus n. est benedictio & san. & sacrificatio: sicut Salomon aliquid operis fecit, cum templum de licauit.

Quæsit benedictio & sanctificatio se- ptima diei.

Illum autem diē sanctificasse & benedixisse dicitur, quia mystica præ ceteris benedictione & sanctificatione eum donauit. Vnde in lege dicitur: Memento sanctificare diem sabbathi. Et inde est, quod

quod numerando dies vñq; ad septimum pcedimus. & diximus septem esse dies, quorum repetitio omne tempus gitatur, nō quin aliis sit ab illis octauus & nonus, & sic de ceteris: sed quia in sex diebus rerum genera distincta sunt: & in septimo, liceat non fuerit nouum gen^o rerum institutū, fuit tamē in eo quasi quidā nouus status sanctificationis operū, & requietionis opificis. Pōt etiam sic exponi illud: Cōpleteuit Deus die septimo opus suum, id est, completum & consummatum vidit.

DE HOMINIS CREATIONE, VBI CONSIDERANDUM EST, QUARE CREATUS HOMO, & QUALITER SIT INSTITUTUS: QUAE DUO SUPRA TRACTATA SUNT. & QUALIS FACTUS, & QUALITER LAPSUM, POSTREMO QUOMODO SIT REPARATUS: QUAE DISCUENDA SUNT.

DISTINCT. XVI.

A

HIS excusis quæ supra de hominis creatione p̄misimus, effectui mancipare atq; ordine explanare nunc suscipimus, vbi hæc consideranda vindentur, scilicet, quare creatus sit homo, & qualiter institutus, & qualis & quomodo factus: deinde, qualiter sit lapsus: postremo, qualiter & per q̄ sit reparatus. Herum autem primo & secundo posita, causam rationis humanæ, & modum institutionis, superius pro modulo nostræ facultatis tractauimus. Ideoq; superest, ut qualis vel quomodo factus sit, discutiām^o. In Gen. legitur, Faciam^o Glo. ordi. ad. hominem ad imaginē & similitudinē nostram, illud Gen. I. &c. In eo quod dicit faciamus, una operatio triū personarum ostenditur: in hocvero quod dicit ad imaginem, & similitudinem nostram, una & aequalis substantia trium personarum monstratur. Ex persona enim patris hoc dicitur ad filium & spiritum S. non, ut quidam putant, angelis: quia Dei & angelorum non est eadē imago vel similitudo.

Z 4 Quod

*Faciamus hominem.**Genes. I. c.**Beda.*